Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ezechiel

Et erant ante edificium gazophilacia. & ma ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophilacio rum que erant in via aquilonis secundum longitudinem eorum sic & latitudo eorum. & omnis mensus eorum. Et similitudines & ostia eorum secm ostia gazophilaciorum. que erant in via respicie te ad notum. ostium in capite unu que via erat ante uestibulum septatum plutam orientalem in descendentibus. Et dixit ad me. Gazophilacia aquilonis. & gazophilacia austri que sunt ante edificium septatum. hec sunt gazophilacia sancta in quibus uestiuntur sacerdotes qui appropinquant ad dominum in sancta sanctorum ibi ponent sancta sanctorum. & oblationes pro peccato & pro delicto. Locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes no egredientur de sanctis in atrium exterius et ibi reponent uestimenta sua in quibus ministrant quia sancta sunt. Vestientur & uestimentis aliis. & sic procedent ad plebem. Cumq; complesset mensuram domus interioris. eduxit me plutam portę que respicie bat ad uiam orientalem. & metiebatur eam per circuitum. Et mensus est undiq; eam per circuitum orientalem calamo mensure per circuitum. Et mensus est contra uentum aquilonis quinquagenos calamos in calamo mensure per gyrum. Et adiecit ad mensuram. Et adiecit ad mensuram occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensure per circuitum. Et adiecit ad mensuram orientalem mensus est quingentos calamos in calamo mensure per circuitum. Perquatuor uentos mensus est illud. murum eius undiq; per circuitum. Longitudinem eius & latitudinem eius. xx. cubitorum diuidentem inter sanctuarium & inter locum.

Et duxit me ad portam que respicie bat aduiam orientalem. & ecce gloria domini dei israel. ingredie batur plutam orientalem. Et uox erat ei quasi uox aquarum. & terra splendebat a maiestate eius. Et uisionem secundum speciem quam uideram quando uenit ut disperderet ciuitatem. & species secundum aspectum quem uideram iuxta fluuium chobar. Et cecidi sup faciem meam. & maiestas domini ingressa est templum per uiam portę que respiciebat ad orientem. Et eleuauit me spiritus & introduxit me in atrium intius. & ecce repleta gloria domus domini. Et audiui loquentem ad me de domo. & uir qui stabat iuxta me dixit ad me. fili hominis locus solii mei. & locus uestigiorum pedum meorum ubi habito in medio filiorum israel in eternum. et non polluent ultra domus israel nomen sanctum meum ipsi & reges eorum in fornicationibus suis. & in ruinis regum suorum. & in excelsis qui fabricati sunt iuxta limen limen suum iuxta limen meum

a xlu

106

ezechiel